

Anno C. plerisque Europæ Principibus, ope præpotenti-

um Belgii Ordinum, mira celeritate Classem
stupendam paravit, quâ infido jam circa bru-
mam navigantibus æquore, in Angliam, rebus
fessis opem latus trajecit, Numine pium co-
natum tantâ benedictione prosequente, ut ter-
rito & in Galliam profugo Rege cum Regina
& putatitio filio, non ex populi duntaxat vo-
to, sed etiam Parlamenti decreto, sceptra ca-
pessere jussus fuerit, mox solemniter sub no-
mine Guilielmi III. cum conjugè Maria tripli-
ci Regno inaugurandus.

Hibernia quidam, ubi major longè Pontifi-
ciorum est numerus, instigante Tirconello Pro-
Rege, obsequium novo Regi recusavit, obsti-
nati or fada postquam Jacobus ex Gallia Exer-
citum omni commēatu instructissimum adve-
xisset, & præcipuas Regni Provincias atque
Urbes occupasset, vix unda & altera in extre-
mo ad Septentrionem angulo relata quæ Gui-
lielnum desideraret. Inter eas ex gravi ob-
sidione, stupenda non minus patientia quam
fortitudine, suasu & exemplo D. Georgii
Walkeri, V. D. M. tolerata, London-Der-
rium inclytum est, cui tandem Capitaneus
Kirke salutare ab Oceano sidus affulxit, quem-
que pientissimus & fortissimus Heros, Frideri-
cus Schombergius, Fidei Confessor, à Rege Gui-
lielmo cum exercitu missus, excepto, objecto qua-
si aggere metuendam universi Regni inundati-
onem cohíbiturus.

Priusquam verò in Angliam novus Rex
transfretaret gravis inter Clementem Bavariæ
Prin-